Fragmentarium

lianus singulis diebus per horas tres capi
te deorsum uerso suspendi donec de
ficeret. Quod cum per triduum pro nomine
christi passus fuisset, reddidit spiritum. Ius
sit autem aurelianus corpus eius inhuma
tum iacere. Cumque iacuisset illud
uno die apud cotilias. uenerunt amit
ernenses populi christiani. et in suum territo
rium transtulerunt martyrem christi atque
ibi ueneratione condigna sepelierunt eum.
Deinde aurelianus misso amico suo quodam
turgio nomine iussit maronem obprimi
in immenso saxo. Unde contigit ut inmanis
simam petram quam uix ad troclea pen
sare septuaginta homines potuerunt super
humeros eos ponerent. Sed fortis ath
leta christi portauit eam quasi leues pa
leas per duo miliaria, et in eo loco posu
it ubi orare consueuerat. Factumque hoc
omnis prouincie illius populus admiratus credi
dit christo et baptizatus est. Tunc predic
tus consularis memmius accepto ab au
reliano precepto uiuum fecit eum. Quem populi
christiani excauantes petram quam porta
uerat sepelierunt in eadem, et ecclesiam in
honore ipsius edificauerunt. Factum
est autem postquam omnes sanctos tulit a solatio
domitille aurelianus. dixit ad sulpici
um et seruilianum iuuenes illustrissimos.
Scio quod collactaneas domitille habe
tis sponsas. eufrosinam scilicet et theodo
ram uirgines sapientissimas. Cum ergo do
mitillam deponi fecero de insula ad
campaniam. sponse uestre uadant uisi
tandi gratia ad illam, et suasione sua re
uocent animum eius ad gratiam meam. Igitur
cum deposita esset domitilla de insula
pontiana ad terracinam ciuitatem. et ue
nissent ad eam Eufrosina et theodora.
inuicem habuerunt gaudium magnum. III, 47.
Accidit autem quadam die ut dum ille due pran
derent et epularentur. domitilla in ie
iuniis et orationibus uacaret. dicerent

ab amore eorum aliq[…]obiles persone
reuocare. ut ipsi […]ores acciperen[…]
numquid facere uol[…]. Responder[…]
Auertat hoc deus am[…]ris. Et illa
etiam inquit auertat […]e mea, ut a[…]
quod carnalis concu[…]e antepon[…]
caritati celestis th[…]que sponsum
habeo filium dei qu[…] descendit
et uirginitatem dil[…]se ipsum spon
sum esse promisit, et […] amorem e[…]
custodierint inte[…]dabit ei
uitam eternam, et […]etium
earum introducat […]thala
mum eternum. et facia[…]udere
inter choros angelorum […]r flores ar[…]
matum. in medio […] semper grati[…]
lari, et in conuiuio […]ali epulari.
Audiens hec et mu[…]similia theo
dora dixit. Fratrem […]pie nosti he
rodem iuuenem. quia […] istum cecita
tem oculorum incurr[…]era sunt quoque
dicis. in nomine […]lia eum, et cre
dimus tibi. In ueri[…] sermonem mei
eufrosina dixit. […] rome reli
quisti cecum. ego h[…] filiolam nu
cis mei. que integ[…]mutta facta
est. Auditum qui[…]gnum habet, sed uo[…]
et sermo fugerunt […]. Que si puritate
tem dei quem predic[…]tilla sanata
fuerit. quod superest […]credam in eum
Et hec dicens. fecit […]r puellulam
mutam ante con[…] domitille. Le[…]
beata uirgo dom[…]ternens se in
orationem diutissi[…]t, et exurge[…]
manus suas expan[…]dit et dixit.
Domine ihesu christe qui […]credentibus
inte uobiscum sum […]ebus usque ad con
summationem seculi […]uerum esse quod p[…]
testata sum de te. […]oc dixisset. fec[…]
signum crucis sup[…] puellule di
cens. In nomine d[…] christi loquere
Que statim exclama[…]t dicere. Ve
rus est deus tuus d[…]

BIBL. PUBL. BASILEENSIS

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, N I 3:47, Ruler on page – Fulda Legendary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-bu6b/9847/71706)